



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 107. De manso tradito in villa Wetfelde in pago Fleithi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno ma hoger et patris eius marcuward et matris ricsuit testes *beuo* (B) aldmer
826 vsque 853 imperante Hindo-
uico et anulo uulfger pumi et alii uigenti.

§. 107.

Tradidit maynhard in *wetfelde* (C) mansum unum testes hunuuard
uulmer halagmund bernhard eppo godoland.

§. 108.

Tradidit adaluuard duas partes de illa hereditate *adalric* (D) quam habuit

Suaos aliasque gentes in locis, de quibus itidem Saxones exierant, posuerunt. Inde exortus fuit *pagus Sueon* seu *Sueorum* ad Bodam ac in Principatu Anhaltino, a nouis colonis adpellatus, dictus alias *Schwabgau*. *Saxones* redierunt in loca aita, permittente rege Sigiberto, Paullo eodem teste III, 16. *Sueui* autem noluerunt discedere, dimidium et amplius regionis nouæ spatium retentur. Inde varii conflictus in virorumque noxam contigerunt. Qua de causa *Sueui* et *Saxones* simul sedes habuerunt, teste eodem III, 17. At de Rege *Saxonum* Bodicone nihil apud Paullum legitur. Inprimis autem notatu dignum esse censemus, *Marcbonem* appellari illum, qui in villis *Bodikens* et *Althona*, quæ ultima desolata est et quondam exsistit inter Lebendorf et Furstenau in diœcesi Corbeiensi, ut membrana nostra ostendunt, hos quatuor manos possedit. Quemadmodum enim, inter antiquissimos reges *Saxonum* quendam *Merebaudem* seu *Marbodium* recenseri, videmus; ita *Marbodus* et *Marebodo*, quem infra §. 144. 166. 169 et 177. comitem nominari animaduertimus, vnum idemque nomen esse videtur. Antiqui possessores castri Brunonisburgi nomen illud in familia sua conseruare voluisse videntur. Qua vero ratione necessitudinem generis habuerit ille *Marebodo* cum familia Brunoniana, in tanta rerum caligine ostendere nequimus. Inter haec *Marebodo* iste inter progenitores dominorum de Rumeschottelen in monte Köterberge (et fortasse præterea comitum de Oynhausen in Olenborg et Greuenborg) de quibus in nostra Historia Corbeiensi inuenies curiosa, sūisse videtur. conf. de Bodikone infra §. 186.

(B) An *Beuo*, abbatis Warini frater, hic designatur, ignoro.

(C) *Wetfelde villa erat in pago Fleithi*, testante *Registro MS. Eto Bonorum et Prouent. abbatiae Corbeiensis*. *Pagum Fleithi* sūisse in episcopatu Hildesheimensi, et quidem in præfectura Winzenburg, demonstrabimus infra §. 193. Indicari ergo per villam *Werfelde* vicum *Westfelde* in Winzenburgica præfectura inter Wrisbergholtzen, Perze et Segeste, arbitramur. Confer infra §. 338.

(D) Hic est insignis ille locus, qui ansam nobis dedit detegendi multas easque nouas historicas veritates. Cum enim exponatur illo de hereditate *Adalrici* in *Uffenleua*, inde collegimus, vinculum et respectum inesse huic loco cum §. 104. 111 et 121. Vnde porro collegimus, quia tot domini communiter tenuerunt hereditatem illam, designari hereditatem quandam potentissimi cuiusdam domini. Cum itaque hic dominus in hoc loco nostro nominetur *Adalicus*, in memorem veniebat, ducem *Ossalorum Hessi* seu *Asg* in diplomate Caroli Magni, quod in archivio Corbeiensi exstat, appellari *Adalricum*. Atque ex eo momento argumentati sumus, in his traditionibus (§. 104. 108. 111. et 121.) sermonem esse nonnisi de illustrissimi *ducis Osalorum Hessi* hereditate. In hac sententia confirmavit nos insignis consenus et conuenientis omnium rerum, quas ex eo elicere possumus, quasque tam accurate conspirasse vidimus, ut maior consensu dari non queat. De hac ergo veritate non dubitabit amplius vir bonus et simplicis veritatis amicus, *Adalwardus*, quem supra §. 104. not. (n) ducis Angiariorum Brunonis nepotem diximus, de parte quadam hereditatis *Adalrici* tradenda abbatiae nostræ nondum consenserat. Ea itaque, quæ reliqui heredes in villa *Uffenleua* donarant, hic quoque consensu atque auctoritate sua comprobant. Addit tamen quædam bona in villis *Amplithi* et *Benneflorpe*. Vnde discimus, Egonem seu ducem *Hessi* bona quædam in huius loci tractu possedisse.

De villa
Wetfel-
de.

De here-
ditate du-
cis Ostfa-
lorum
Hessi.